declaratur, alioquin nisi eius daretur species, foret (exprima cap. 3. & quinta sect. huius cap.) incertus: potuit enim aliter fuisse 137. 30'. Habebis etiam sic angulum I. Z. P. 37. 1'. 22", quo ex I. Z. S. 157. 38'. 11'. ablato, relinquitur reliquus quæsitus angulus P. Z. S. 120. 24'. 49". Habebis denique & I. P. 63. 33'. 31', quo ex I. S. 132. 33'. 31". ablato, remaner quæsitum latus P. S. 69.

Eadem etiam metas attinges si beneficio perpendicularis Z. M. primi schematis, partium logisticen quæsieris.

ADMONITIO.

PRæcedentis tertij & huius quarti exemplorum imitatione, octodecim variæ soluuntur huius & cuiusque trianguli quæstiones. Ex datis enim (vt in tertio exemplo) eleuatione poli, altitudine solis, & hora diei, habetur primò plaga solis, secundò angulus positionis solis, tertiò declinatio solis. Item datis (vt in hoc quarto exemplo) eleuatione poli, altitudine solis, & angulo positionis solis, habetur quartò plaga solis, quinto hora diei, sexto declinatio solis. Item datis altitudine solis, declinatione solis, & hora diei, habetur septimò angulus positionis solis, octauò plaga solis, nonò eleuatio poli. Item datis altitudine solis, declinatione solis, & plaga solis, habetur decimò angulus positionis solis, vndecimò hora diei, duodecimò eleuatio poli. Item datis declinatione solis, eleuatione poli, & angulo positionis solis, habetur decimotertiò plaga solis, decimoquartò altitudo solis, decimoquintò hora diei. Item datis declinatione solis, eleuatione poli, & plaga solis habetur decimosextò hora diei, decimoseptimò angulus positionis solis, & decimo-octauò altitudo solis.

Quintum exemplum duorum datorum angulorum, quorum quadranti propinquiorem latus datum subiendit.

TRianguli P.z.S. primi schematis, dentur anguli P.S.Z. 31. 6'. 5". & eo quadranti propinquior S.P.Z. 42. 29'. 59". cum latere Z.S. 47 hunc subtendente. Ex quibus P.S.Z. & S.Z. habetur (per nonam quarti huius) perpendicularis Z. M. 22. 11'. 47". &

47". & ceteræ partes quadrantalis S.Z.M. scilicet M. Z. S. 67. 38'. 11' & M S 42. 33'. 31'. Sicut & ex perpendiculari hoc cum dato Z.P.S. seu Z.P.M. angulo, habentur partes omnes quadrantalis Z. M. P. Scilicet primò latus quæsitum P. Z. certissimè enim scitur hoc (per 2. sentent. cap. 5. huius) minus quadrante, videlicet esse 34. non autem esse 146. Deinde habetur P.Z. M. 52. 46'. 38". quo ad S.Z.M. 67. 38'. 11'. addito fit quæsitus angulus P.Z.S. 120. 24'. 49". Vltimò habetur P.M. 26. 26'. 29". quo ad M.S. 42. 33'. 31'. addito, fit reliquum latus quæsitum P.S. 69. Has etiam ipsas partes aliter (si mauis) ex duobus proximè præcedentis Schematis quadrantalibus Z.I.S. & Z.I.P. acquirere poteris.

Sextum exemplum duorum datorum angulorum, quorum quadranti minus propinquum subtendit latus datum, magis autem propinquum subtendit latus datæ tantum speciei.

TRianguli P.Z.S. primi Schematis dentur anguli Z. P. S. 42. 29'. 59". & eo quadranti minus propinquus Z.S.P. 31. 6'. 5". cum eum subtendere latere P.Z. 34. Deturque quod angulum Z.P.S. subtendens, (scilicet latus Z.S.) sit specie minus quadrante. Ex his datis quæratur perpendicularis Z M. 22. 11'. 47". & cæteræ quadrantalis P.Z. M. partes, scilicet P. Z. M. 52. 46'. 38" & P.M. 26. 26'. 29" Sicut & ex perpendiculari hoc cum dato Z.S.M. seu Z.S.P. 31. 6'. 5" quærantur partes omnes quadrantalis Z M.S. scilicet primò latus optatum Z.S. 47. quia ex hypothesi expressè quadrante minus declarantur, alioquin potuit fuisse 133. Nam (per 1. cap. 3. & quintam huius) incertum est nisi eius expressè detur species. Deinde angulus M. Z. S. 67. 38'. 11'. quo ad M.Z.P. 52. 46'. 38". addito fit optatus angulus P. Z. S. 120. 24'. 49" Denique habetur S. M. 42. 33'. 31'. Quo ad P.M. 26. 26'. 29" addito, fit optata basis P. S. 69. Eadem etiam partes ex duobus quadrantalibus P.H.Z. & s.H.Z. secundi schematis, quàm facillimè acquirere poteris.

AD